utriuſvis eorum. Sunt ergo eorum valores invicem æquales. Nihil enim aliud ſignificat additio Logarithmi 23025842 + 0, quam quod valor numeri cui additur, ſit decupartiendus, & huic decimæ parti cyphra unica ſit adjicienda: ſubſtractio verò ejuſdem ſignificat valorem logarithmi à quo ſubſtrahitur decuplari, & ab hoc decuplo cyphram unicam abjici. remanet itaque in utrâque priſtinus valor. Sic 46051684+00. additus ſignificat ad centeſimam partem valoris duas cyphras adjici: & ſubſtractus, quod à centuplo duæ cyphræ rejiciantur: & ſic de reliquis ſuprà expreſſis.

10. *Si itaque ad logarithmum minutum aliquot cyphris addideris, aut à logarithmo auctо cyphris ſubſtraxeris aliquem ex logarithmis ſupraſcriptis totidem cyphrarum, producetur ex impuro logarithmus purus ejuſdem valoris.*

Vt in ſuperiore primo exemplo ſit logarithmus impurus 39156——0. purgandus à cyphra ſua & —— ſigno. adde ergo illi 23025842+0, fiet inde, ut ſupra 23064998. logarithmus purus priſtini valoris. Sic à logarithmo 63584468+00 impuro ſi ſubſtraxeris 46051684+00. totidem ſcilicet cyphrarum, relinquetur logarithmus 17532784. purus, & ejuſdem valoris, cujus prior ille impurus.

11. *Si ad logarithmum numero defectivum addideris, aliquem ex ſupradictis logarithmis nonæ ſectionis numero majorem, proveniet logarithmus ejuſdem valoris numero abundans.*

Vt ad logarithmum — 28595270 — 0000. adde quemvis ex numeris nonæ ſectionis numero majorem. v.g. 46051684+00. & fiet inde 17456414—00. ejuſdem valoris, & numero abundans.

12. *Logarithmorum in tabula noſtra numero-tenus inventorum ſinus, tangentes, ſecantes ſeu numerales valores quoſcunque exhibere poteris, per cap. 3. ſect. 11. 14. 22. 25. 28. 30. ſive ſint puri, ſive impuri.*

Vt logarithmo 36. graduum & 40. minutorum, qui eſt 5155724. in tertia columna, reſpondet ſuus ſinus 5971586. in ſecunda: & ejus defectivo —— 5155724. reſpondet in tabula ſecantium 16745970. ſecans 53. gr. 20. m.

20. m. Item logarithmo differentiali 2950794. in quarta columna, reſpondet tangens (in ſua tabula) 7444724. & ejus defectivo —— 2950794. reſpondet tangens 13432331. graduum ſcilicet 53. & 20. minut. Sic logarithmi 2204930. in quinta columna numeralis valor eſt in ſexta columna 8021232. ſinus ſcilicet gr. 53. & 20. m. & ejuſdem defectivi ſcilicet — 2204930. numeralis valor eſt ſecans 12466913. conveniens gradibus 36. & 40. min.

Exemplum impurorum.

SIt logarithmi impuri 97796—0. inquirendus valor. huic numero-tenus reſpondet in tabula noſtra ſinus 9902681. à quo aufer dextimam figuram (prout ——0. indicat) & fient 990268. valor logarithmi 97796——0. quæſitus. Sic logarithmi 25451769+00. valor eſt 78459100. quia logarithmo 25451769. puro reſpondet in tabula noſtra ſinus 784591. Item logarithmi —— 349136——00. in quarta columna, apud gradum 46. reperti, valor erit 103553. quia tangens 46. graduum eſt 10355302. Sic logarithmi —6350305—00. in tertia columna apud gradum 32. reperti, valor eſt 188708, quia ſecans complementi 32. graduum, ſcilicet 58. graduum, eſt 18870800. cujus duæ ultimæ & dextimæ figuræ 00. delendæ ſunt propter —— 00 annexa logarithmo.

13. *Logarithmorum datorum, in tabula noſtra non repertorum numerales valores æſtimare.*

Ad vulgares Geodeſias ſufficit plerumque, logarithmi tabulati propinquioris dato, numeralem valorem pro dati accipere. verùm ſi propius ad metam accedere deſideras, logarithmum datum per nonam hujus numero-tenus auge, vel minue ſalvo valore priſtino, donec aut in tabula reperiatur, aut alicui tabulato ſatis ſimilis devenerit, & hujus logarithmi valor per præmiſſam inventus, eſt quem quæris. ut exempli gratia, quæratur valor hujus logarithmi 23149721+0. cui in tabula non reperitur ſimilis vel ſatis propinquus. verùm ſi ab illo ſubduxe-